



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 16. Legati Romam venientes, atque ad alloquium Pontificis admissi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.
A.C. 1585. quod est Ulissiponæ portus, incolumes appulerunt, dein vero perhonorifice in civitate ab Alberto Aufriaco Cardinale Regni Præsidente excipiebantur, atque terrestri itinere Madritum ad Philippum II. exeunte Octobri ambo introducebantur, ubi usque ad sextas Calendas Decembris commorati sunt, ab universa Regis aula cum summa magnificentia excepti,

§. XVI.

*Legati Romam venientes, atque ad
alloquium Pontificis admissi.*

*Victorel.
apud Ciac.
pag. II.
Mucantius
tom. 2. Diar.*

Impetrata dein a Rege Catholico abeundi copia Florentiam concesserunt, ubi Franciscum Medicæum Magnum Etruriæ Ducem honorifice salutantes inde Romam contendebant, urbemque hoc anno vigesima secunda Martii die post trium annorum, uniusque Mensis navigationem solemnî pompa ingrediebantur. Assignabatur eis diversorium in Collegio Romano nuper Jesuitis a Papa tradito: altera autem die ad summi Pontificis alloquium admissi pro more præsentibus cunctis ferme Cardinalibus, ac Procerum, Præfulumque quamplurimis Sanctitatis suæ pedes reverenter osculo honorabant, ac postea eidem suas literas Italice redditas trahebant, quæ demum publice prælegebantur.

§. XVII.